



## Bibliographische Daten

Titel: Notae Philologicae Ad Trigam Soloecismorum Politicorum  
Ersteller: Philippus Caroli  
Signatur: Will. VIII. 900. 4°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

*permansit: irritis huiusmodi mortalium conatibus.* Paul. Æmil. lib. 7. de reb. gest. Fr. Grande sed irritum opus inchoavit & Carolus IV. Imp. qui Vultavium. quod flumen montis radices, in quo regia arx Præfita est, alluit, & Bohemici regni metropolin interfecat, cum Danubio conjungere voluit. ut narrat Dubravius. adde Isthmū Herod.

*Ad solvendo animos*) quibus racematio quædam debebatur, ex paulò jucundiore vindemia, ut loquitur Cœlius: & verè hic unus mihi Scopus. Tu igitur gratiose Lector, ne ad hanc *Trigam* tanquã ad tribunal accede: exue vultum quo sententias dicis:

————— *nec non Savi*

*Nubila fati pelle, ac miseri*

*Temporis omnes dimitte notas:*

*Redeant vultus ad leta boni:*

*Senec. in*

*Veterem ex animo mitte Thyesten.* *Thyest. act. 1.*

Ne te auferat cura minacis fortunæ: actorem esse fabulæ, qualis magistro probata fuerit, te memento: si brevis, brevis: si longa, longæ, si afflictum esse te voluerit, fac eam quoq; personam ingeniosè representantes. hoc enim tuum esse, datam personam bene effingere; eam autem eligere, alterius. Sequere igitur alacriter: quod si nolueris, & improbus eris, & sequeris nihilominus. Epictet. cap. 77. & alibi.

*Circa noctis meridiè*) & pigri Sarraca Boetæ, ait Juvenalis. Plautinum aliàs, ubi nox ad umbilicum dimidiata mortua est. Cœterū *αὐτὸ λεξίον* hîc taxat Becmannus. ut apud Frischlinum, qui atramentū viride dixit; & Scaliger apud Cardanum, qui atramentum rubrum. Sic alius dixit, tripudium in aère. *σὺδὴρόζυλον* est, inquit Becmannus. Fasné sit Varronem Latinorum omnium doctissimum in jus vocare, ob factum à venusta Latinitate divortium, alij disputent.

## T E X T U S.

**I***Maginum jure Nobilissimi*) Romani, quos in Decus Nobilitatis fortuna vel Virtus transcripserat, atria sua Majorum illustrium Imaginibus exornabant, ad excitandam posteritatem: ut quod sibi ad imitandum proponerent, assiduè contemplerentur. Horum erat,

*longo*